



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Petitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

me , tendit hæc oratio  
mea , hæc memoria ,  
& meditatio beneficio-  
rum tuorum , vt tui in  
me accendas amorem.

---

P E T I T I O .

**D**OMINE Deus S. Aug.  
Soliloq.  
Ros. 36.  
meus , formator  
meus ex vtero matris  
meæ , nō me permittas  
ampliùs ex vno di-  
strahi in multa : sed  
collige me de exteriori-  
bus ad me , de me ad  
te : vt dicat tibi semper Psf. 126.  
cor meum ; Exquisiuit

G 4 te

152 *Die Martis*

te facies mea, faciem  
tuam, Domine, requi-  
ram, faciem Domini  
virtutum, in qua sola  
consistit tota gloria  
sempiterna beatorum,  
quam quidem videre  
vita æterna est, & glo-  
ria sempiterna Sancto-  
rum. Lætetur ergo cor  
meum, vt timeat nomē  
tuū; Lætetur cor quæ-  
rentium Dominum, sed  
multò magis cor inue-  
nientium. Si enim læ-  
titia est in quærendo,  
qualis lætitia erit in in-  
ueniendo? Quæram  
ergo semper, ardenter,  
&

*Petitio.* 153

& indefinenter faciem  
tuam, si quando tandē  
aperiatur mihi ostium,  
& porta iustitiæ, vt in-  
trem in gaudium Do-  
mini mei. Hæc porta  
Domini: iusti ingre-  
dientur per eam. Deus  
docuisti me à iuuentu-  
te mea, & vsque nunc  
pronuntiabo mirabilia  
tua: & vsque in sene-  
ctam, & senium, Deus,  
ne derelinquas me.

*Psalm.*

26

*Ps. 117.*

*Psal. 70.*

Anima Christi, &c.  
fol. 111.

G S *Igni.*

*Igniculi pietatis.*

**P**Ars Domini popu-  
lus eius, Iacob funi-  
culus hæreditatis eius.  
Constituit eum super  
excelsam terram, vt su-  
geret mel de petra, &c.  
Nunquid non ipse est  
Pater tuus, &c. Deut.  
32.

Ego quasi nutritius  
Ephraim portabam eos  
in brachijs meis, & ne-  
scierunt quod curarem  
eos. *Osea II.*

Et anima mea illi vi-  
uet,

*Petitio.* 155  
uet, & semen meum  
seruiet ipsi. Annun-  
ciabitur Domino ge-  
neratio ventura, & an-  
nunciabunt cœli iusti-  
tiam eius populo qui  
nascetur, quem fecit  
Dominus. *Psal.* 21.



G 6 DIE